

1) *Huius ut videtur Seauri (aut patris) nomen in amphoris Pompeianis IV 2574; Roem. Mitth. 1896 p. 139.*

**6367** N. Popidius N. f. Celsinus | aedem Isidis terrae motu<sup>1</sup> conlapsam | a fundamento p. s.<sup>2</sup> restituit. Hunc decuriones ob liberalitatem | cum esset annorum sexs<sup>3</sup> ordini suo gratiis adlegerunt.

*Pompeii rep. in templo Isidis, est Neapoli (X 846 vedit Mommsen).* — 1) *Significatur terrae motus a. 65, quo Pompeios graviter afflictos esse narrant Seneca nat. qaest. 6, 4 et Tacitus ann. 15, 22, confirmant ipsa rudera. — 2) Pe- cunia sua. — 3) Cf. supra N. 2053 cet.*

**6368** Eumachiae L. f.<sup>1</sup> | sacerd. publ. | fullones.

*Pompeii in eodem aedificio in quo N. 5785, intus in ambulacro cryptae (X 815 vedit Mommsen). — 1) Eadem Eumachia aedificium ipsum dedicavit (N. 5785). Patris fortasse eius nomen (L. Eumachi) in tegulis Pompeii potissimum repertis (X 8042, 47) et in amphoris Carthaginiensibus (VIII S. 22657, 56). Parentela sine dubio cum ea coniunctus L. Eumachius Fuscus duovir v. a. s. p. p. Pompeii a. 52 una cum N. Herennio Vero, infra N. 6395.*

**6369** Mamiae (*sic*) P. f.<sup>1</sup> sacerdoti publicae; locus sepultur. datus decurionum decreto.

*Pompeii extra portam Herculaneensem, in sedili lapideo (X 998 vedit Mommsen). — 1) Eadem dedicavit titulum Pompeianum X 816. — De sedilibus his sepulcralibus Mau Roem. Mitth. 1890 p. 280.*

**6370** Istacia N. f. | Rufilla sacerd. | publica.

*Pompeii extra portam Herculaneensem non longe ab ea quae praecedit, cip- pus hermae similis, ut multi alii Pompeii, est Neapoli (X 999 vedit Mommsen).*

**6371** [A]lleia [Cn. M]ai f. | [s]acerd. V[eneri]s | [e]t Cerer[is pu]bl.<sup>1</sup> | ex dec. decr. pe[c. pub.].

*Pompeii, fragmenta rep. loco non suo (Sogliano act. acad. archaeol. Neap. 13, 1890 p. 457; Mau Roem. Mitth. 1892 p. 472). — 1) Supplevit Huelsen ([si]bi Sogliano). De sacerdotibus Veneris et Cereris cf. supra ad N. 5381.*

**6372** C. Calventio Quietio<sup>1</sup> | Augustali. | Huic ob munificent. decurionum | decreto et populi consensu (*sic*) bisellii | honor. datus est (*biselli- lum cum suppedaneo; in utroque latere corona querna cum vittis*).

*Pompeii extra portam Herculaneensem (X 1026 vedit Mommsen). — 1) Idem (vel certe vir eiusdem nominis) in tabella cerata Pompeiana aetatis Neronianae n. LXXXVII (C. I. L. IV p. 365) aliisque nonnullis (cf. ib. p. 438).*

**6373** Naevoleia L. lib. Tyche sibi et | C. Munatio Fausto Aug. et pagano<sup>1</sup>, | cui decuriones consensu populi | bisellum ob merita eius de- creverunt. | Hoc monimentum Naevoleia Tyche libertis suis | libertabusq. et C. Munati Fausti viva fecit (*supra: protome muliebris; in latere dextro bi- sellum cum suppedaneo, in sinistro navigium; subtus anaglyphum caerimonias funebres exhibens*).

*Pompeii extra portam Herculaneensem (X 1050 vedit Mommsen). — 1) Cf. N. 6379 seq.*